



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnium huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

CXIV [i. e. CXV]. An, & Quae sint Impedimenta Matrimonij?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

obligatio ad legem, donec vel Lex abrogetur, vel coniux moriatur: ita morte Christi factum, & Lex mortua est, & homines in alium translati sunt statum, ceu mortui legi veteri.

QVÆSTIO CXV.

An, & Quæ sint Impedimenta Matrimonii?

**L**VTHERO-CALVINIANI promiscuè, Lex parte Consensus impedimenta matrimonium contractum Dirimentia admittunt tria, Errorem, Conditionem, Coactionem: Addunt Defectum consensus paterni. Ex parte Personæ, duo simpliciter: Impotentia reddendi debiti, & Ligamen: Duo non simpliciter admittunt, Cōsanguinitatem, & Affinitatem; sc. quoad Gradus in Leuitico designatos: cætera reiciunt, ac damnant. *Melanche. in Locis tit. de Cōiugio. Lutherus serm. de Matrim. Duodeniginti causas in suo Iure effinxit Papa, quibus omnibus matrimonium vel dissipet, vel impediatur: Quas tamen ferè omnes & reicio, & condemno.*

**A**VTOR. Impedimenta sunt duplicia: 1. Impedientia; sed non Dirimentia; quæ aduersantur Matrimonii, non Essentiæ, sed Solemnitati, vel accidenti. Quæ sunt duo:

*Ecclesie Vetitum; nec non Tempus Fariatū, Impediunt fieri, permittunt facta teneri*

2. Impediētia & Dirimentia, quæ Essentiæ Matrimonii aduersantur sic, ut cū iis nunquam sit verum matrimonium. Hinc contractum de facto, non de iure irritum reddunt. Sunt ea XII.

Error, Conditio, Votū, Cognatio, Crimen, Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamē, Hone-  
Sifis Affinis, Si fortè coire nequibus. [Itas,

Hæc socianda vetant connubia; facta re-  
tractant.

Essentialia autem matrimonii sunt tria, 1. *Consensus*, ut causa Efficiens qui ponit Intentionem: 2. *Cum Signo expres-*

*sus*, ut Formā; quod tale est, qualis Consensus verus, aut falsus: 3. *Inter Legitimas Personas*; quæ sunt Materia. Ex parte Consensus est Ignorantia personæ, vel conditionis, & Coactio. Ex parte Personæ, cætera accidunt omnia.

Porro nos de iis solum, quæ controvertunt Aduersarii.

QVÆSTIO CXVI.

An Consensus parentum requiratur necessarium ad Matrimonium Ratum?

**L**VTHERS Serm. de Matr. Si ex Matrimonio citra consensum parentum contracto, sit nata proles; firmum esto matrimonium. Si nendum sit nata in potestate parentum erit confirmare vel irritare. 2. **ERASMVS** in Dialogo de matr. *Inscis parentibus contractum, nec Natura sensus adprobat; nec Veterum leges: nec Moyses ipse; nec Euangelica, aut Apostolica doctrina,*

3. **BUCERVS** in Mat. 19. optat reuocari in vsum leg. s. ciuiles, quæ vetēt contractas absq; parentibus. 4. **BRENTIUS** in Catech. iubet in eo stare iudicio magistratus: quidd sint casus, in quibus consensu parentum nil opus. Sic & **KEMNITIUS**. **CALVINVS**. &c

**SVADENT** istis, quæ collegit **Kemnitius** p. 2. *Exam. pag. 1273. ex prædictis.* 1. *Quia Pontificii quidam, ut Gropperus in Inst. Colon. affirmant requiri consensum.* 2. *Talis esse debet coniunctio, ut eius autor esse Deus possit. Nam, Mat. 19. Quod Deus coniunxit. &c. At Deus non est autor illius, quod contra eius præceptum contrahitur. Nam in quarto Decalogi iubentur liberi obedire parentibus: Idq; exponitur Col. 3. Filii obedite parentibus PER OMNIA. Proinde Istud Relinquet homo patrem, &c. Et adharebit uxori, intelligi debet de matrimonio consummato. Sic lex Dei Exo. 22. Deut. 22. Item, Num 30. Si puella quid vouit in scio patre, hic irritare potest: ergo & sponsonem matrimonii Deniq; Deus mediante præcepto iungit duos, sine quo Medio nulla est coniunctio.* 3. *Iura Ciuilia irritant sic cōtracta: quæ aiunt; Ciuilis & naturalis ratio suadet hoc fieri: in tantum, ut iussus parentum præcedere debeat.* 4. *Ius Canonicum sæpè iubet idem.*

**AV-**